



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1637

Exercitium de tribus hominum classibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50934)

gradibus humilitatis ; colligit omnia illa proposita & resolutiones , easque ad maiorem perfectionem reducere conatur , dicens , quòd non tantum quando maior Dei esset gloria , sed etiamsi par ea foret , & æquale obsequium , potius tamen paupertatem & humiliationem actuale optare deberet , non ex alio capite , quàm vt sic magis accedat ad similitudinem Christi Domini nostri.

Praxim horum duorum subiungemus hîc breuiter.

*De tribus hominum classibus
sive differentijs, vt potissimam
partem amplectamur.*

ORATIO PRAEPARATORIA, vt
semper antehac.

PRAELVDIVM PRIMVM
fiat, propositis vice historiae tribus
homi-

hominum classibus distinctis, quarum unaquæque decem millia ducatorum alio quàm diuini cultus & amoris studio sibi parauerit; nunc autem placatum habere Deum, & salua fieri exoptet, sublato utcumque noxio affectu rerum, utpote salutis impedimento.

SECUNDVM est, imaginaria constructio loci cuiusdam in quo videam meipsum coram Deo Sanctisque omnibus adstantem atque perseuerantem, cum desiderio intelligendi, quonam pacto ipsi Deo placere queam potissimum.

TERTIVM est, optata rei petitio, nimirum gratia, per quam id eligam quod & Deo acceptissimum & mihi saluberrimum futurum sit.

Prima igitur classis optat quidem acquisita rei exuere affectum, ut conciliari Deo possit; sed media debitaque

M ad-

178 PRAXIS ET DECLARATIO
adminicula toto vitæ tempore non ad-
mouet.

Secunda itidem affectum malè or-
dinatum auferre cupit, sed rem interim
mordicus tenere, ac Deum potiùs tra-
here ad votum proprium, quàm, reli-
cto impedimento, per conducibiliorem
statum ad illum tendere.

Tertia postremò, affectum insin-
cerum volens abiicere, rem ipsam vel
tollere vel tenere aequè parata est, pro-
ut ad diuinum cultum commodius fo-
re, vel ex diuino instinctu vel ex ra-
tionis dictamine animaduernerit: ac
interim omnia relinquens integra, il-
lud tantùm versat, & inquit, nec
aliam admittit relinquenda aut reti-
nenda rei acquisitæ causam, præter
rationem ac desiderium diuinæ gloriæ,
ut quàm maxima sit.

Colloquia tria subsequenter, ut
nuper

nuper facta sunt in Meditatione de duobus vexillis.

Notandum ad hæc, quòd ubi affectum sentimus paupertati perfectæ, quæ tum in spirituum in rerum abdicatione consistit, aduersantem, & ad diuitias magis inclinantem, multùm confert ad eum elidendum, petere à Deo, licet renitente carne, vt ad paupertatem eiusmodi sectandã nos eligat; seruabimus tamen intereã desiderij nostri libertatem, quã liceat conuenientiore diuino seruitio viam inire.

Declaratio huius Exercitij.

FInis huius Meditationis (vt diximus) est insistere, & vim facere in eo, quòd non possit esse perfecta paupertas spiritualis in eo, qui, quantum in se est, non etiam est dispositus ad actua- lem: nec verum fit, quòd is omnem à se diuitiarum amorem reiecerit, qui